Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Conf. A. Miss. 2508a

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

# ORDINARIVS
## SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS

**SVMMOS IN IVRE HONORES**

CVM SPE SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIO OBTINENDI

VIRIS CLARISSIMIS

**M. CHRISTIANO FRIDERICO POHLIO**

ET

**M. CHRISTIANO GODOFREDO KOERNERO**

LIPSIENSIBVS

DIE XVII. APRILIS MDCCLXXIX

COLLATOS

INDICVNT

---

*Rhapſodiae Supplementa*

---

*LIPSIAE*
EX OFFICINA LANGENHEMIA

47

# OBSERVATIO DCCXI.

## *Si curator bonorum contra debitoris communis debitorem agat, Reconuentioni locus eſt.*

Marginale breue *ad tit. 41. §. 4. O. P. R.* ita habet: *Des Schuldners Gegenfoderungen ſind nicht mehr in die Reconvention zu verweiſen*, rubricae noſtrae obſtare videtur. Sed hic locus de curatoris litis exceptionibus illiquidis agit. Si autem curator bonorum agat contra debitoris communis debitorem, non prohibitum hac lege, ne condemnatus ſuas illiquidas exceptiones poſſit contra concurſum per Reconuentionem deducere. Quod ſublatum non eſt, cur ſtare prohibeatur? Iunge huic Obſeruationi ſuperiorem CCCLXXVIII.

# OBSERVATIO DCCXIII.

## *Legitimatio per Reſcriptum principis non tribuit ſucceſſionem, niſi nominatim pater petierit et princeps annuerit, inſuperque ſucceſſionis expreſſe in priuilegio mentio facta fuerit; in vtroque caſu, ſiue pater legitimos liberos iam habeat, ſiue tales non adſint.*

Licitum eſt patri a principe petere, vt liberos naturales, exempli gratia filiam, ita legitimam efficiat, vt ipſi poſt mortem ſuccedere poſſit. Id ſua ſponte aut ſolius filiae precibus princeps ne faciat, quia ius quaeſitum nemini poteſt interuertere. At ſi pater petierit, his precibus quaſi videtur arrogare, aut, ſi adoptionis color

non placeat, poterit tanquam pactum ſucceſſorium quodammodo conſiderari. Quod autem nonnulli putant, diſſerta ſucceſſionis mentione tunc demum opus eſſe, ſi pater legitimos liberos iam habeat, ſi autem tales non adſint, ſufficere impetrantem in dipplomate filiam appellatam fuiſſe, vt propter hoc verbum etiam abſque diſſerta ſucceſſionis mentione, hereditatem capiat, falſum eſt.

2 Nam etſi pater naturalis liberos legitimos non habeat, habebit tamen alios heredes legitimos, cognatos, fiſcum etc. quibus vt dictum, ſine patris diſſerta voluntate princeps derogare nequit, vt ſequens reſponſum in clariorem lucem collocabit. *Habit. Hat G. A. von B. ein Kunkel-Lehn gekauft und, als er im Jahre 1775 mit Tode abgegangen, einen Bruder Carl Ludewigen und drey leibliche Schweſtern, über vorige und auſſer dieſen Seitenverwanten aber annoch eine auſer der Ehe erzeugte, jedoch aber durch einen Kaiſerl. Gnaden Brief ehrlich gemachte Tochter Carolinen nach ſich gelaſſen, bey welchen Umſtänden*

*Ob die alſo legitimirte Caroline ihrem Vater im Lehne oder Erbe folgen könne?*

*zu wiſſen von Nöthen.*

3 *Ob nun wohl dafür gehalten werden möchte, daſs die Succeſſions Fähigkeit nur alsdenn in der Legitimations Urkunde deutlich und nahmentlich ertheilet ſeyn müſſe, wenn daneben annoch eheliche Kinder vorhanden, hingegen wo keine eheliche Kinder ſich vorfinden, auch ohne ſolche Meldung blos dadurch, daſs die legitimirten zu ehelichen Kindern erhoben werden, ihnen die Erbfolge nicht ſtreitig gemacht werden könne, indem das leztere eine Folge des erſten ſey,*

Nouella 89. cap. 9.

MENKE Pandect. lib. 1. tit. 6. §. 7.

*und in dem der Frage angehängten Gnadenbriefe auf des verſtorbenen Vaters allerunterthänigſtes Anſuchen, Kayſerliche Majeſtät die Tochter Carolinen dergeſtalt legitimiret,* daſs ſie als ſeine rechtmäſige Tochter überal geachtet und angeſehen werden ſolle, *wannenhero daſs ſie wenigſtens in allodial Vermögen ſeine Erbin ſey, kaum bezweifelt werden möchte.*

4 *Dennoch aber und dieweil die Legitimation, welche die unehelichen Erbſchafts fähig machet, eben ſo gut, ja noch mehr denen Seiten-*

ten-

*tenverwanten, als denen Kindern, ſchadet; ſintemalen ſie dieſen ihre Hofnung und angebohrne Rechte gänzlich entziehet, da ſie dieſe ſogar ausſchlieſet, bey denen zugleich vorhandenen rechtmäſigen Kindern aber das Erbtheil nur ein wenig geſchmälert wird, alſo wenn man die in Zweifels Gründen vorgetragene Meynung billigen wolte, die Wirkung bey den Seitenverwanten noch trauriger, als bey vorhandenen rechtmäſigen Kindern ausfallen würde; ſolchemnach nicht abzuſehen, warum nicht eben ſo gut, wenn bloſe Seitenverwante da ſind, in dem Gnadenbriefe der Erbfolge ausdrükliche Meldung geſchehen müſſe, da ſolches bey dieſem Falle, aus nur berührter Urſache, noch viel nöthiger ſcheinet, dahero nach heutigem Gerichts Brauche*

BOEHMER Conſult. et Deciſ. P. 1. Reſp. 26.
WERNHER P. 6. Obſ. 318.
STRYK Vſ. Mod. lib. 1. tit. 6. §. 18.
BERGER Oec. Iur. lib. 2. tit. 4. §. 32.
LYNKER Reſp. 182. n. 24.

*in allen und jeden Fällen, daſs erſtlich der Vater um die Beſtätigung zur Succeſſion ausdrüklich angehalten, zum andern aber auch die höchſte Obrigkeit ihre Einwilligung darein und zwar mit deutlicher Benennung der Erbfolge, gegeben und verſtattet haben müſſe, ſchlechterdings erforderlich, weil widrigen Fals die Legitimation nur den Fleken einer unehelichen Geburth abwäſchet, im übrigen aber weiter nichts bewirket; und ſoviel inſonderheit den gegenwärtigen Vorfal anbetrift, in allerhöchſten kayſerlichen Gnadenbriefe die Clauſul:* daſs ſie dereinſt ihrem Vater auch beerben ſolle, *gänzlich ermangelt, vielmehr, wenn man ihn in ſeinem ganzen Zuſammenhange betrachtet,* 5 *derſelbe zur Genüge an Handen giebet, daſs es des Vaters Wille, Carolinen für Erbſchafts fähig zu erklären, kaum geweſen ſeyn könne, indem er darum ſo wenig angeſuchet, als er diesfals Erhörung gefunden, immaſſen gedachter Gnadenbrief nur ſo viel enthält, daſs die Tochter Caroline des G. A. von B. Geſchlechts Nahmen und Wappen zu führen fähig ſeyn, ſich alſo nennen und ſchreiben ſolle, immaſſen ſie noch über dieſes ausdrüklich, nach eben dieſem Briefe, in das heil. Römiſchen Reiches Adelſtand mildeſt erhoben und gewürdiget, auch der Schaar und Gemeinſchaft anderer adelichen Perſonen zugeſellet und verglichen, auch daſs ihre uneheliche Ge-*

 *burth*

*burth zu keiner Zeit ihr zu einiger Schande, Nachtheil, Verhinderung gereichen möge, anbefohlen wurden, welches der verſtorbene G. A. von B. aller Vermuthung nach bloſs darum, daſs er ſie, wie auch hernach erfolget, Standesgemäs an einen Edelman deſto eher verehlichen könne, alſo veranſtaltet, ſo daſs G. A. von B. was ſie von ſeinen Güthern erben ſolle, vielleicht in einem Teſtamente ihr künftigbin erſt zu beſcheiden gemeynet geweſen.*

*So iſt G. A. von B. Tochter Caroline ihres Vaters Geſchwiſter von der allodial Erbſchaft gänzlich auszuſchlieſsen keines Weges berechtiget.*

## OBSERVATIO DCCXIV.

### *Extraordinaria poena obtinet, ſi a patrato ſcelere multum temporis interceſſerit: Saltim aggratiationis haec magna cauſa eſt.*

1 Praeſcriptione 20. annorum abolentur crimina; Quid autem ſi decem vel quindecim praeterlapſi? Velim principem naturam ipſam imitari, quae quaſi reorum miſerta, vel teſtes per mortem abſentiamque ceſſare, vel eorum incertam facit memoriam, immo ſi fateatur accuſatus, tamen corporis delicti certitudo poſt
2 tale interuallum plerumque euanuit. Vnde TIRAQVELLVS in Tractatu de Poenis Legum Temperandis *Cauſ. 29.* cum doctoribus ibidem allegatis extraordinariam poenam locum habere, his verbis defendit: *Cum diutius poſtea a delictis abſtinuerit, palam eſt, in eo non adeſſe peccandi conſuetudinem; ſed quod fecit, ex neceſſitate feciſſe, aut impetu, aut infirmitate. Vita enim ſequens iam diu bene recteque, ac longe a ſceleribus acta, ſatis oſtendit atque declarat, illud olim facinus commiſiſſe non ex peruicaci quadam aut inueterata ingenii malitia. Ac quocunque demum id animo fecerit, ſi tamen aliquanto poſt tempore i. e. triennio, bene honeſteque vixerit,*
3 *videtur ſatis atque ſatis emendatus.* Si nempe ratio praeſcriptionis criminum non alia eſt, quam praeſumta emendatio, vt in Notis ad Beccariam §. XXX. oſtendi, graue omnino hanc emendationem in vno vigeſimi anni momento vel punctulo coarctari; vnde eo facilius ſubſcribimus Tiraquello, quo magis iam ante ipſum ſuaſit

No-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/8 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

hoc Nouella 5. cap. 2. §. 2. vbi Iuſtinianus ait: *Si appareat is, qui accuſatur, ex ipſa conuerſatione honeſtus ac mitis, et honeſtatis amator, etſi nondum forte completum eſt triennii tempus, attamen etiam ſic maneat a trahentium aſperitate liberatus. Nam etſi vitium in priori ab eo forte geſtum eſt vita, (humana enim natura quandoque labitur ad delicta) attamen ſufficiat ad mediocrem purgationem peccatorum et ad virtutis argumentum triennalis temporis teſtimonium. Quae autem rapta ſunt reddantur priſco domino.* Si vero ei, qui ad meliorem frugem redierit, a iudice ſeueriori ordinaria poena nihilominus dictata fuerit, puto tamen principem, ſi venia petatur, hanc vix poſſe denegare, vt, ſi emendatio vitae non legitima videatur mitigationis cauſa, ſaltim eam aggratiationis grauiſſimum argumentum exiſtimem.

Longe alia ratio in eo, qui in malitia perſeueret. Huic 4
enim haec ſcripta eſſe nolim. Nam ſi furem appareat praeter praeſens, de quo agitur, furtum iam ante decem annos furatum eſſe, ſine vlla haeſitatione quantitatem prioris et praeſentis furti connumerabo, vt laquei poena obtineat, quia furandi conſuetudinem habet; non autem faciam, ſi de bono caeteroquin viro et nunc valde honeſto ante decem annos furtum commiſſum denuncietur. Nec ſolum ſi in eodem genere delicti v. c. in furto ite- 5
rum peccet, ſed quoque ſi in alio crimine v. c. incendio, concuſſione, homicidio etc. qui antea fur, deprehendatur, ego caeteroquin ad ignoſcendum paratiſſimus, ipſe mitigationem diſuaſerim, cum vitioſitas animi perennans et diſſoluti mores ſatis pateant, nec penitus videatur melior extitiſſe.

## OBSERVATIO DCCXVI.

### *Ob inſidias vitae ſtructas, aliasque grauiores cauſas diſſoluitur matrimonium.*

### *Leges diuinae in ſcriptura ſacra non ſolum reſtrictiuam, verum etiam extenſiuam interpretationem admittunt.*

Nebulas cum amarent et obductum nubibus coelum innutriti quondam THOMAE AQVINATIS *Summae* et PETRI LOMBAR-



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/9
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

DI *Sententiis*, deliciis ſuis delicatulis et Compendiorum ſeu ele-
mentarium librorum omnium primis fontibus maiores noſtri, im-
mo hanc ipſam noctem clarum et ſplendidiſſimum diem putarent,
quem occaecati a recta ratione, non cernerent, mirum non eſt,
eos his elementariis libellis et ſcholaſticis dictatis inhaeſiſſe anxius
et trepidantius, quam debiles illos, qui equo vehere cupiunt
nec eius impetum tamen propter infirmitatem retinere poſſunt,
iubae et ephippio adhaerere videas, ne cadant; vsque dum pri-
mo diluculo ſe monſtrantem auroram tandem etiam Iureconſulti
ſentirent, melioris aliquando diei praenuntiam. Mirum profecto ſu-
periori aeuo ſuaſiſſe quosdam, vt exuerent hominem, qui iurecon-
ſulti euadere vellent aut theologi, quod hodie nemo facile a ſe im-
petrauerit. Nouus aſſeſſor quondam ego, qui haec ſcribo, in Fa-
cultatem Iuridicam receptus, cum propter inſidias vitae matrimo-
nium diuellere cuperem atque allegarem, in vicino Poruſſiae re-
gno etiam irrideri et contemni, qui de ea re ambigeret, parum
aberat, quin impium me non tantum, (hoc facile ferebam a piis,)
ſed quod ferendum non erat, propemodum veſanum et ſtupidum
collegarum nonnulli exiſtimarent, quia ab vſu rectae rationis me
nolebam abdicare, fruſtra me auctoritatem STRYKII *Vſ. Mod. tit.*
*de diuort.* §. *32. et* COCCEII *Ius Controu. lib. 24. tit. 2. quaeſt. 5.*
obuertente. Sed menſe Maio 1775. prima vice Sereniſſimae Du-
ciſſae Vinarienſi reſpondimus, ob vitae inſidias, non ſolum ſtru-
2 ctas ſed etiam metuendas, diuortio locum eſſe. Verba referam:

*Obwohl einige Rechts Lehrer der vorigen Zeiten ſich mehr dem*
*Buchſtaben, als dem wahren Sinne des götlichen Geſezes dergeſtalt*
*ergeben, daſs zeither die Meinung obgewaltet, als ob nur aus einer oder*
*höchſtens zwo Urſachen die Eheſcheidung erlaubet wäre, alle übrigen*
*aber, ſie möchten genant oder erdacht werden, wie ſie nur wolten,*
3 *keine gänzliche Trennung des Ehebandes bewürken könten;*

**Dennoch aber und dieweil** *in der erſten chriſtlichen Kir-*
*che niemand gezweifelt, daſs nicht gar ſehr viele Urſachen der Ehe-*
*ſcheidung rechtmäſig ſeyn ſolten,*

Nou. 22. c. 15. et Nou. 117. c. 8. 9.

THOMASII Iurisprud. Diu. Lib. III. c. 3. §. 64.

*und bey Auslegung einer Willens Meinung es niemals auf die Wor-*
*te,*

*te, ſondern vielmehr und hauptſächlich auf den Geiſt und Sinn ankomt, welcher am ſicherſten aus dem vorhergehenden und nachſtehenden, ſowohl denen Umſtänden der Zeit und des Ortes klüglich abzunehmen, alſo auch bey götlichen Vorſchriften, wenn deren Abſicht und Verſtand ſich über die Worte erſtreken, eben ſo, wie bey andern Befehlen aller und jeder Geſezgeber, eine erweiternde Auslegung allerdings ſtat findet, indem keine Urſache ausfündig zu machen, warum nicht dasjenige, ſo von dem Willen überhaupt gilt, und bey der Auslegung der Geſeze als eine algemeine in der Vernunft begründete Regel angenommen wird, nicht auch bey einem offenbareten und zwar geſchriebenen Willen, ebenermaſen eintreffen ſolte, allermaaſen ein für allemahl der höchſte Geſezgeber ſich der Worte bedienet, alſo zu menſchlicher Weiſe herabgelaſſen, auch nicht unmittelbar, ſondern durch Mittelsperſonen der Apoſtel ſolchen zu erkennen gegeben, ſo daſs man entweder, daſs die Stellen*

Matth. V. v. 32. et XIX. v. 8.

Marc. X. v. 4.

*ein Geſeze ſey, läugnen oder aber, wenn es dergleichen iſt, auch die in der Rechtsgelahrtheit feſtgeſtelte, bald ausdehnende bald einſchränkende, Auslegung zu laſſen muſs; hierbey aber jedweden, auch dem allerunwiſſendſten, ſogleich in die Sinne fält, daſs eine beſtändige Todes-* 4
*furcht und Gefahr ſein Leben zu verliehren, weit ärger, als eine bösliche Verlaſſung, und vveit empfindlicher, als eine durch Ehebruch begangene Untreue, ausfalle; alſo nichts natürlicher, als daſs derjenige, welcher eine geringere Verlezung misbilliget, nothwendig auch an einem weit gröſserm Verbrechen, Misfallen haben müſſe; übrigens die* 5
*Lebensgefahr eine ſolche Sache iſt, wo nicht den würklichen Erfolg erſt abzuwarten möglich, ſondern bloſs der Vorſaz und ein wahrſcheinlich beygebrachtes Unternehmen, bey künftigem Endurtheile gar wohl hinreichend ſeyn dürfte, daſs Kläger zum Erfüllungs Eide: wie er ſeiner Geſundheit und ſeines Lebens bey Beklagter nicht ſicher zu ſeyn glaube, gelaſſen werden könte; Daſs aber bey einer ſolchen nicht* 6
*eitlen, ſondern rechtmäſigen Furcht, das eheliche Vertrauen und die wechſelſeitige Hülfe in Ertragung der Laſt, ſo die Ehe mit ſich führet, nicht erhalten werden könne, niemand leicht bezweifeln dürfte.*
Quicquid autem omnes, propter quos matrimonium inſtitutum 7
eſt, fines: mutuum ſcilicet adiutorium, procreationem ſobolis, et

 ex-

extinctionem libidinis tollit, hoc ad matrimonium diſſoluendum ſufficit, quia talis malitia et ſaeuitia deſertioni aequiparatur.

LEYSER *Spec. 315. Medit. 1.*

8 *Wannenhero auch berühmte Gottesgelehrten*

GERHARD de Coniugio §. 631. in fin.

BRÜCKNER de Matrim. cent. 3. qu. 4. ibique allegati theologi.

SCHERZER Syſt. Theol. loc. 27. de coniug. §. 18.

SELDENVS de Vxore Hebr. lib. 3. c. 21.

*daſs wegen Nachſtellung und wahrſcheinlicher Gefahr ſein Leben zu*
*verliehren, wobey es nicht eben auf den äuſerſten Punct der wirklichen*
*Volſtrekung ankomt, eine völliche Trennung wohl vor ſich gehen möge,*
*durch wichtige Gründe behaupten; Beklagte aber von Klägern be-*
*ſchuldiget wird, daſs ſie einmal des Nachts in gröſter Wuth ihn mit*
*einem Meſſer überlaufen, nächſtdem aber gegen ihre Vertrauten ſich*
9 *öfters berühmet, ſie könne und wiſſe etwas, daſs ſich die Menſchen*
*verzehren müſten, und habe ſie dieſe Kunſt an einem Mädgen, ſo bey*
*ihren Eltern immer genaſchet, dergeſtalt in das Werk gerichtet, daſs*
*ſelbiges darüber geſtorben wäre, welches ſie auch bey einem Guarde-*
*Mädchen unternommen; beſonders aber gegen einige Zeugen ſich her-*
*aus gelaſſen: Sie wolle ihrer alten Schwiegermutter ſchon was geben,*
*daſs ſie in zwey Jahren weg ſeyn würde, Zeugin ſolte nur darauf acht*
*haben; wie ſie denn ferner auch einmahl wirklich Klägers Mutter ein*
*Näpfchen Graupen beſonders angerichtet, wovon jener, als ſie kaum*
*etliche Löffel zu ſich genommen, übel geworden, daſs ſie 8 Tage lang*
*zu Bette liegen müſſen, und zu einer andern Zeit derſelben Kirſchen*
*gegeben, worauf ſie ſo krank geweſen, daſs ſie ſich nicht zu laſſen ge-*
*wuſt; ferner daſs Beklagte auch einmahl einem Candidaten, der bey*
*ihr gewohnet und welchem ſie nicht wohl gevvolt, eine kalte Schale*
*zubereitet, worauf er erſchrekliches Schneiden im Leibe bekommen,*
*daſs er ſchreyen und ſich wie ein Wurm krümmen müſſen, worüber*
*ſie herzlich gelachet; ihren Eheman aber öfters einen Raker und*
*Schinderknecht geheiſen und, zu den Leuten geſagt: Sie ſähe lieber*
*den Teufel kommen, als ihren Man, ſie wolte eher mit dem Satan*
*zu thun haben, ja lieber bey einem Hunde liegen, als bey ihm, und*
*nie wieder an ſeine Seite kommen; endlich ſich ſehr bemühet, daſs ſie*
*ihres Mannes Kinder erſter Ehe, die er aus Vorſicht und Beſorgnis*
*von*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/12
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*von ſich gethan, wieder in das Haus bekommen möchte, zu welchem Ende ſie der Wärterin etwas verſprochen, wenn ſie das eine Kind ihr brächte, und als ſolches geſchehen, der Magd es aus dem Mantel geriſſen, und nicht wieder zurükgeben, ſondern geſagt: die Magd ſolte nur hingehen, ſie wolle mit dem Kinde ſchon fertig werden; und als daſſelbe in einiger Zeit darauf elend und jämmerlich geſtorben, Beklagte geſprochen: Es ſey gut, daſs es weg wäre, vveil es ja ohnehin krank, und auf der Welt nichts nüze gevveſen; auch zu anderer Zeit dem jungen Töpfer etvvas in Coffee geſchüttet, davon ihm ſchlim vvorden, als vvenn es die Gedärme entzvvey ſchneiden vvolle &c.*

Dicat mihi aliquis et monſtret quid interſit, an mulier ipſa 10
abſtineat, an maritum abſtinere cogat? Vt autem tanto melius 11
propoſitae quaeſtionis ratio et fundamentum pateat, adhuc quaedam de non nimium reſtringendis diuortiorum cauſis addere placet, et hoc quidem, quod mihi videtur in hac re primarium, vt ſcilicet iam dudum non illud vnicum et ſolum adulterium, non ſolam malitioſam deſertionem, ſed alias easque multo leuiores cauſas admiſerunt v. c. expergefactam conſcientiam, quae neque ad adulterium neque ad deſertionem referri poteſt. Nempe ſi quis matrimonium in conſanguinitate nuptias impediente contractum ſalva conſcientia ſe non continuare poſſe, obuertat, diuortium quoad vinculum non quidem admittunt catholici, attamen Proteſtantes. Vnde cum Rex Angliae, Henricus VIII. Catharinae vxori, fratris viduae, hoc colore conſcientiae quaeſito, nuncium mittere vellet, pontifex diuortium denegauit. Igitur, quoniam Proteſtantes ſe regi faciliores praebebant, ille Defenſor Fidei, qui contra Lutherum etiam librum ſcripſerat, euangelicum cultum amplexus eſt, adeoque propter amores ſuos reformationi in Britannia occaſionem haud ita leuem praebuit. Sumus vero nos Euangelici in hac con- 12
ſcientiae cauſa adeo faciles, vt diuortium ob conſcientiam grauem non ſolum permittamus in gradibus iure diuino prohibitis, etiamſi diſpenſatio ante ſecuta fuerit, verum etiam, ſi in prohibitionibus humanis diſpenſationem impetrauerint, ſed poeniteant. Illuſtr. KÜSTNER *ad Deyling P. 3. tit. 6. §. 57. p. 565.* Admittuntur ergo a Conſiſtoriis euangelicis etiam aliae cauſae, praeter adulterium, nempe perturbata conſcientia, cuius apud Euangeli-

 ſtam

13ſtam *Matth. V. 32.* nulla mentio. Apud catholicos autem per-
mittitur ingreſſus vnius coniugis, in monaſterium, *cap. 2. 13. 14.*
*20. X. de conuerſ.* LANCELOTTI *Inſtit. lib. 2. tit. 16.* Item ſolui-
tur matrimonium, ſi vxore conſentiente maritus impetret ordina-
tionis ſacramentum, quod ſi rectam rationem audias, fieri non pot-
eſt ſine diuortio, nec enim ſcio quomodo hanc meram ſeparatio-
nem a thoro et menſa perpetuam putare poſſis. Neque enim mo-
nachatus aut ſacer ordo apud iſtos cum matrimonio conſiſtere pot-
eſt. Hoc ſaltim dubio carebit, vxorem euangelicam, ſi maritus
catholicus monaſterium intret, ab eo liberam eſſe, nec non apud
14Euangelicos praefracta debiti coniugalis denegatio. Hanc debiti
coniugalis denegationem iurisconſulti euangelici, vt regulae ſemel
receptae: non niſi ob adulterium vel malitioſam deſertionem di-
rimi matrimonium poſſe, memores eſſe viderentur, malitioſae de-
ſertioni compararunt; nec non impotentiam, quam dolo malo
ſibi quisquam contraxit; vtraque enim inter iuſtas diuortii cauſas
reputatur. Bonum factum! ſi hac ratione concludere licet, mani-
feſtum eſt, ex quacunque maiori cauſa, torto in hunc modum ar-
15gumento, matrimonium dirimi poſſe. Sic IO. GERHARDVS theo-
logus *in Theſaur. Dedekenni ſect. 8. num. 1. pag. 361.* et BRÜCK-
NER *in Deciſ. matrim. cap. 19. §. 19.* ſaeuitiam incorrigibilem, (cum
nec quieta ſocietas, nec mutuum adiutorium in tali homine ſpe-
rari poſſit) malitioſae deſertioni comparant, adeoque diuortium
permittunt. Praeterea LEYSER *Spec. 315.* et BOEHMER *tom. 3.*
*P. 1. Reſp. 96. et 103.* relegationem perpetuam, item, carceres
16perpetuos inter diuortii cauſas admiſerunt. Ridiculum, quod
nonnulli obuertunt, condemnationem ad triremes, carceres per-
petuos, et relegationem perpetuam non diſſoluere matrimonium,
quod aduerſam fortunam et caſum ſuperuenientem coniuges ae-
quabiliter et patienter ferre teneantur. Nam ſi culpa praeceſſerit
caſum, tenemur etiam de caſu, immo talis euentus caſui plane
17non adnumerandus. *L. 18. princ. ff. commodat.* BOEHMER *I. E.*
*P. tom. 4. lib. 4. tit. 19. §. 39 et 50.* Papa Gregorius II. anno
724. in decretali epiſtola *can. 18. C. 32 q. 7.* permiſit, vt ſi vxor
morbo incurabili impediatur, quo minus debitum coniugale prae-
ſtare poſſit, maritus aliam ducere poſſit, vt tamen aegrotae vxo-
ri alimenta neceſſaria praeſtet. Anne contagioſum morbum ad
de-

deſertionem malitioſam refers, an ad adulterium? Certe ad neu-
trum. Quid quod Dni Erfurtenſes, collegium ex catholicis iu- 18
reconſultis et euangelicis mixtum, in Reſponſis ſuis nuperrime edi-
tis *Reſp. 92.* ob animorum abalienationem et inimicitiam irrecon-
ciliabilem anno 1740. diuortium decreuerunt. Nonne ergo haec
quoque Facultas Iuridica alias, praeter adulterium et malitioſam
deſertionem, cauſas admiſit? Cur ergo in longe maiori cauſa nos
difficiliores ſimus? Certe, inſidiis vitae ſtructis, non alia ratio
acerbior. Ob praefractam debiti coniugalis denegationem, an
neſcis etiam diuortium decerni? (*Obſ. DCXII. DCIX.*) Adeo 19
vero praefracta debiti coniugalis denegatio coniugium dirimere
putatur, vt propemodum tollat aut ſaltim valde mitiget poenam
adulterii. Ita enim in can. 24. C. 27. qu. 2. ſcriptum eſt: *ſi tu
abſtines ſine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, et pecca-
tum illius tuae imputabitur abſtinentiae.*

Vt quae latius diſputauimus in ſyllogiſmi formulam colliga- 20
mus, ſic argumentari licebit: Si denegatio debiti coniugalis, ſi
perpetui carceres et graue delictum, ſi ſaeuitia incorrigibilis et
peſſimi mores, ſi expergefacta conſcientia, ſi vota monaſtica ſuſce-
pta et ſacer ordo, ſi irreconciliabilis amicitia, ac plures aliae,
quas theologi admittunt, cauſae neque ad adulterium neque ad
malitioſam deſertionem trahi poſſunt, et nihilo minus tamen pu-
dor non fuit theologis, in hiſce cauſis a ſcripta littera recedere,
cur quaeſo non audeamus ex cauſis longe, quam iſtae ſunt, gra-
vioribus diuortium permittere? Non erit profecto poſteris dubi-
um, quin etiam ſeueriſſimus quiſque, et obſeruator legis reli-
gioſus quam maxime, per decretum diuortium poſſit hominem ſepa-
rare a beſtia, et diuellere ab Hyaena coniugis vitae turpiter inſidiante.

## OBSERVATIO DCCXVII.

### *In actione negatoria Reo, ſi vel maxime in Poſſeſſorio ſummariſſimo vicerit, probatio iniungitur.*

Ita menſe Iulio 1775 reſpondimus Reuerendiſſimae et Sereniſſi- 1
mae Abatiſſae Gandersheimenſi, ex quo quidem reſponſo no-

ſtro ſatis apparebit, praeſumtionem, quam poſſeſſio dat, vtut magnam, tamen vinci a fauore libertatis naturalis, quae illa praeſumtione multo eſt fortior.

2. *Hat der von Brüningk ſich im Beſize befunden, durch das Kloſter Brunshauſen ſeinen Fahrvveg zu nehmen, und als der Frau Aebtiſſin zu Gandersheim Hochvvürdigſte Durchl. ſothanen Hof des Kloſters mit Thorflügeln verſehen laſſen, erſterer das* Poſſeſſorium Summariiſſimum *angeſtellet, auch hierinnen ein obſiegliches Urthel erhalten, vvodurch das Kloſter ſich genöthiget geſehen, eine petitoriſche und zvvar die Negatorien Klage anzuſtellen; vvorauf das Urthel erfolget: Daſs nunmehro klagendes Kloſter binnen 4 Wochen zu ervveiſen ſchuldig, vvasmaſen beſagter Hof von dieſer Dienſtbarkeit befreyt ſey, nachdem aber das Kloſter gegen dieſes Erkenntnis das Rechtsmittel der Supplication ergriffen, ſo vvird:*

*Ob klagendes Kloſter zu Brunshauſen ſich einer Abænderung ſothanen Urthels zu getröſten habe?*

*zur rechtlichen Belehrung ausgeſtellet.*

3 *Ob nun vvohl vormahls einige Rechtslehrer*

LAVTERBACH Compend. Iur. tit. ſi ſeruit. vind.

MEVIVS P. 8. Dec. 292.

*in der Meynung geſtanden, daſs vvenn derjenige, vvider vvelchen die Negatorien Klage angeſtellet, ſich gleichvvohl im Beſize des angemaſeten Befugniſſes befinde, denſelben der Bevveis ſothanen Befugniſſes füglich nicht auferleget vverden möge, vvelche Meynung zu vertheidigen etvva daher einige Gründe abzuleiten ſtünden, vveil vvenn ſchon die natürliche Freyheit präſumirt zu vverden pfleget, doch auch ebenermaſen der Beſizer einige rechtliche Vermuthung vor ſich habe, folglich hier eine* Colliſio praeſumtionum, *deren eine die andere gleichſam aufhebe, zu entſtehen ſcheine; ſodann auch der Beſizer von der Angabe eines Titels, vvie er dazu gekommen ſey, bekantermaaſen befreyet vvird, alſo er ſolchen zu ervveiſen der Regel nach nicht nöthig hat, vvozu noch komt, daſs vvenn ſelbſt in der perſönlichen Freyheit zvviſchen einem Knechte und ſeinem Herren Zvveifel entſtehet, die Vermuthung für den Beſizer ſtreitet, ſo lange nicht das Gegentheil dargethan,*

L. 7. §. fin. D. de liber. cauſ.

L. 8.

L. 8. §. 3. D. ſi ſeru. vindic.
L. 8. L. 14. D. de probat.

*wannenhero daſs dieſes um ſo viel mehr bey der noch lange nicht ſo ſtark begünſtigten natürlichen Freyheit der Güther ſtat finden müſſe, behauptet werden wil, ſolchemnach wie das in Eingange beſagte Urthel dem klagenden Kloſter den Beweis, daſs der ſtreitige Hof von der Dienſtbarkeit des Weges befreyet ſey, mit Recht auferleget habe, dafür zu halten ſtünde.*

*Dennoch aber und dieweil nach vormalichen römiſchen* 4
*Proceſſe überhaupt die Beſchaffenheit und Rechtmäſsigkeit des Beſizes weit genauer und ſorgfältiger unterſuchet wurde, als es heutiges Tages bey dem* Poſſeſſorio Summariiſſimo *geſchiehet, von welcher Art des leztgedachten aus teutſchen und päbſtlichen Rechten entſprungenen Proceſſes in römiſchen Geſezen keine Spur zu finden, immaſen von* Interdictis *ſich auf dieſes* Poſſeſſorium *nicht ſchlieſen läſſet, als welches allererſt durch päbſtliche Verordnungen und einen ganz beſondern diesfals nach und nach eingeführten Gerichtsbrauch in die heutige Geſtalt gegoſſen worden,* (Obſ. CLXXVIII.) *wie denn heutiges Tages ein jeder unrechtmäſiger Beſizer, ja ſo gar ein Dieb und Räuber, das* Poſſeſſorium Summariiſſimum *anſtellen kan,* (Obſ. CCLXXV.) *weil bey dieſer Art des Proceſſes keine Fehler und Gebrechen des Beſizes, als welche nur bey dem* Poſſeſſorio Ordinario *betrachtet werden, in Erwegung kommen, dem zu Folge heutiges Tages die Präſumtion, welche der Beſiz giebet, viel geringer als die rechtliche Vermuthung der natürlichen Freyheit iſt, wie denn ein ſehr übeles Ding ſeyn würde, wenn derjenige, der im* Poſſeſſorio Summariiſſimo *gewinnet, von allem Beweiſe befreyet wäre, als auf welche Art niemand gegen Dienſtbarkeiten geſichert leben könte, ſondern wenn der andere nur etliche mal durch unſern Hof gegangen wäre, bey hernachmaliger Verweigerung derſelbe das* Poſſeſſorium Summariiſſimum *ergriffe und darinnen obſiegte, er ſogleich auch das Befugnis gewonnen haben würde, weil ſodann der Beweis eines verneinenden Sazes faſt unmöglich fält, welchen Ungerechtigkeiten billig vorzubeugen; Uebrigens wenn man auch, daſs der Beſiz die Stelle eines Titels vertrete, zu geben wolte, doch zu Erlangung einer Dienſtbarkeit mehr, als ein bloſser Titel nöthig, wannenhero heutiges Tages*

ſelbſt

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/17 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*ſelbſt in dem Falle, vvenn Beklagter ſich im Beſize befindet, demſelben nichts deſto vveniger*

CARPZOV lib. I. Reſp. 67.

WERNHER P. I. Obſ. 339. P. 3. Obſ. 168. P. 4. Obſ. 3. num. 133.

BERGER Deciſ. 334.

*der Bevveis ſeines Befugniſſes auferleget vvird; So iſt &c.*

His more maiorum ex artis noſtrae penetralibus praemiſſis, non poſſumus noſtram laetitiam occultare diutius, qua heroum filios, non noxas, nempe conſultiſſimos clariſſimosque viros, pares eruditione et probis moribus, inter noſtros eſſe receptos, publice ſignificamus

M. CHRISTIANVM FRIDERICVM POHLIVM

ET

M. CHRISTIANVM GODOFREDVM KOERNERVM.

Proles haec collegarum, quos amamus et colimus, ſpectatiſſimorum: venerandi ſenis, Rectoris nunc Academiae Magnifici, medici feliciſſimi, prudentiſſimi; altera Superintendentis ſumme venerandi, theologi litteratiſſimi. Beatos vero parentes, quibus tales naſcuntur! Vt ſtudioſa iuuentus, cui noſtros exemplo proponimus, quod intueri et imitari poſſint, ſciant, qualem curſum tenuerint, legendam dabimus vitam vtriusque bene huc vſque et laudabiliter peractam.

Primus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/18
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Primum conſultiſſimus POHLIVS prodeat, cui patria contigit haec ipſa, quam incolimus, Lipſia, in qua anno huius ſaeculi quinquageſimo ſecundo a. d. III. Nov. natus, patre D. IOANNE CHRISTOPHORO, Pathologiae P. P. O. Facultatis medicae et Collegii B. M. Virginis Seniore, Collegii maioris Principum Collega, Academiae Decemuiro et h. t. Rectore Magnifico, matre CHRISTIANA SOPHIA, filia b. LECHLAE theologiae Doctoris et ad aedem D. Nicolai Archidiaconi, matrona pia et venerabili, quorum integerrimorum parentum noſter in ſe educando ac innumeris beneficiis ornando fidem ac liberalitatem piae et obſtrictae mentis cultu praedicat, iisque vitam longaeuam omnique felicitatis genere cumulatam ſenectutem apprecatur. Mature eum priuatae praeceptorum diſciplinae commiſerunt; ac primum quidem LECHLAE auunculi, SEYFERTHI et HARTWIGII, Art. Magiſtrorum nunc verbi diuini miniſtrorum, poſtea vero HENNIGII A. M. nunc in Gymnaſio Thorunenſi Profeſſoris, TITTMANNI, iam in Academia Vitebergenſi theologiae Doctoris et Profeſſoris, denique WOLFII A. M. et ad aedem Thomanam Diaconi, cuius beneuolentiam et fauorem, quo nunc quoque eum amplectitur, grata laetaque mente celebrat. Horum praeclara inſtitutione adiutus, anno huius ſaeculi LXX ad Academiam acceſſit, iam an. LXVII. a beato WINCKLERO, t. t. Rectore, tabulis publicis inſertus. Initium fecit in philoſophia addiſcenda et tractandis literis humanioribus. Adiit ergo GARVIVM, quo duce vniuerſae philoſophiae ambitum cognoſcere ſtuduit, matheſeos diſcendae cauſa BORZIVM adhaerens. Humanitatis vero ſtudia ſeuerius tractaturus, operam dedit ERNESTIO ſeniori ſiue rhetorices praecepta et Ciceronis orationes ille explicaret, ſiue hiſtoriam catholicam et eccleſiaſticam enarraret, ſiue denique antiquitates

romanas et archaeologiam literariam illuſtraret. Eadem cum vtilitate interfuit etiam ſcholis SEGERI, Ciceronis orationes in Verrem, et MORI, Plutarchi libellum de audiendis poetis, et excerpta e poetis graecis explicantium. In arte diſputandi ERNESTIVM iuniorem ſecutus, mox res in imperio germanico geſtas, regnorum Europae et patriae denique hiſtoriam, a BOEHMIO, artem diplomaticam a WENKIO accepit. Inde ad Iurisprudentiae ſtudium conuerſus adſedit SAMMETO, ius naturale, inſtitutiones Iuſtinianeas, et iuris romani hiſtoriam enarranti; SCHOTTO, encyclopaediam iuridicam, hiſtoriam iuris, Inſtitutiones, Digeſta, ius publicum vniuerſale, canonicum et germanicum tradenti; EINERTO vero Wernheri compendium iuris interpretanti. Ius clientelare BAVER et RAVIVS, cuius etiam diſſerendi exercitiis intereſſe contigit, docuerunt. Ius publicum Germaniae et notitiam Saxoniae a FRANCKIO, cuius beneuolentiam ſibi gratulatur, Digeſtorum et iuris criminalis doctrinam a ZOLLERO, medicinam forenſem a BOSIO, formulam iudiciariam a TOB. RICHTERO percepit. HOMMELIO ius canonicum et germanicum explicanti adſedit, deinde etiam WINCKLERO, Ciuitatis Lipſienſis Conſuli, artem e commentariis iudicum referendi, priuatiſſimis ſcholis tradenti; quorum fauore ſe mirifice delectari, profitetur. Quadriennio fere exacto anno huius ſeculi LXXIV. Praeſide SCHOTTO, diſſertationem, *hiſtoriam iuris ciuilis de praeſcriptione aduerſus ciuitates*, ſiſtentem, defendit, mox lectionibus ſolennibus ſuper cap. XI. X. de teſtamentis, et l. 1. C. de vſufruct. inſtitutis, ad examen primum, quod pro Candidatura vocant, admiſſus, iuris vtriusque Baccalaurei dignitatem reportauit, eodemque anno comes adfuit WOLFIO, A. M. diſſertationem *de latinitate eccleſiaſtica in Codice Theodoſiano*, e cathedra philo-

ſophi-

ſophica vindicanti. Anno inſequenti Magiſtri artium honores Ampliſſimi Ordinis Philoſophorum decreto impetravit, vtque iura et munera cum honoribus illis coniuncta impetraret, anni LXXVII. menſe Septembr. in Philoſophorum Auditorio defendit *Commentationem hiſtoricam de Codicibus Gregoriano atque Hermogeniano*, aſſumto certaminis ſocio KÜSTNERO, nunc Iuris vtriusque Bacclaureo, ipſi amiciſſimo. A quo quidem tempore facultate in hac Academia docendi conceſſa vſus, quam ita a ſuis praeceptoribus hauſerat legitimae ſcientiae cognitionem in aliorum vtilitatem transferre ſuſtinuit; anno proxime praeterito habitis ad cap. 19. X. de decim. et l. XXVII. C. de teſtamentis, conſuetis lectionibus, alteri examini, quod rigoroſum appellari ſolet, ſe commiſit, paulloque poſt ab Ampliſſimo Senatu Lipſienſi Notarius Publicus Caeſareus creatus, faſces tum tenente KÜSTNERO, quem patronum laudat. Hoc denique anno, editis antea legitimis ſpeciminibus, a Sereniſſimo Principe facultatem cauſas in foro orandi obtinuit; vtque aditum ad ſummam in vtroque iure dignitatem ſibi aperiret, d. VIII. April. diſſertationem: *de Origine atque fatis praeſcriptionis longiſſimi temporis vsque ad Iuſtinianum*, ſine Praeſide tuitus, ad poſtremum lectiones etiam pro Gradu ad cap. 12. X. de for. compet. et L. XVIII. C. de teſtib. peregit, iisque coronam peragendorum impoſuit.

Alter vero clariſſimus KOERNER, cum Pohlio hoc inter caetera commune habet, vt eadem vrbs natalitia eum educauerit, in qua lucem adſpexit anno MDCCLVI. patre IOHANNE GODOFREDO KOERNERO, S. Theol. D. et Prof. P. O. ad aedem Thomanam paſtore, et dioeceſeos Lipſienſis Ephoro, matre SOPHIA MARGARETHA, STIRNERI nobilis quondam in hac vrbe mercatoris filia ornatiſſima, om-

nibusque virtutibus, quae ſexum elegantiorem decent, egregie compta. Horum parentum tanta in eum collata beneficia, vt verba, quibus ſenſus gratiſſimi animi exprimeret, defeciſſe profiteatur. A domeſticis praeceptoribus, e quibus OERNSTERVM nunc eccleſiae Tauchenſis paſtorem ob ſingularem in inſtituendo induſtriam ac dexteritatem prae caeteris laudat, ad ſcholam Nicolaitanam delatus a REISKIO, ADAMIO, FVNCKIO, et imprimis THIEMIO, cuius etiam ſcholas in lyceo Thomano frequentauit, graecarum latinarumque litterarum elementa percepit. Mouit deinde indulgentiſſimum patrem Grimanae ſcholae exiſtimatio atque imprimis MÜCKII, ibidem Conrectoris, celebrata fides atque eruditio, vt anno MDCCLXIX. ipſius curae concrederet, qui vere paterno de ſe bene merendi ſtudio noſtrum ſibi deuinctiſſimum reddidit. Neque KREBSII aliorumque ludi Grimani praeceptorum ſcholis ſine fructu interfuit. Sic praeparatus inde ab a. MDCCLXXII. in hac litterarum vniuerſitate litteris operam dare coepit, vbi ab initio ERNESTIVM theologiae dogmata, hiſtoriam eccleſiaſticam, antiquitates Romanas, et archaeologiam litterariam docentem audiuit. Philoſophiae cauſa adiit PLATNERVM. hiſtoriam Imperii et patriae a BOEHMIO, gentium Europaearum a WENKIO didicit. In graecis latiniſque litteris excolendis, vt et in exercitationibus dicendi ſcribendique inſtituendis MORVS praeiuit, ſed ne CRVSII quidem phyſicas praelectiones neglexit. Sic praeparatum iurisprudentia ad ſe vocabat, audientem in iure naturali SAMMETVM et SCHOTTVM, in hiſtoria iuris RAVIVM. Nunc SCHOTTVM eundem in iure Romano et Germanico diſcendo ducem ſecutus, atque in iure Canonico et Proteſtantium eccleſiaſtico HOMMELianis praelectionibus interfuit. ZOLLERVS doctrinam Pandectarum, PÜTTMANNVS ius criminale, SEGERVS ius

feu-

feodale, KINDIVS praxin iudiciariam tradidit, ſicuti et WOLLII lectiones examinatorias frequentauit. Ita per quadriennium occupatus, a MDCCLXXVI. ad ſpecimina edenda ſe conuertit, quae noſtri ordinis ſtatuta a Baccalaureis exigunt. Hinc PÜTTMANNO praeſide diſſertationem *de rutis caeſis* in auditorio iuridico defendit, atque lectionibus ſuper c. 5. X. de praeſcription. et l. 14. C. de legitim. hered. habitis ad examen pro Candidatura admiſſus, atque Baccalaurei iuris dignitate ornatus eſt. Eodem anno Goettingam petiit, ibique PÜTTERO in iure publico, hiſtoria, et re iudiciaria Imperii, nec non in exercitationibus practicis, BOEHMERO in iure feodali et canonico, ERXLEBENIO in phyſicis, GATTERERO in diplomaticis duce vſus eſt. BECKMANNVS mineralogiam et oeconomicas diſciplinas vt et doctrinam de politia ac redituum publicorum adminiſtratione praeiuit. HEYNII etiam Archaeologicas et SCHLOEZERI Statiſticas lectiones frequentauit. Sic anno praeterlapſo Lipſiam redux ab ampliſſimo Philoſophorum ordine ſummis in philoſophia honoribus a. NDCCLXXVII. impetratis, atque ſequenti anno diſſertatione, *quem fructum capiat Oeconomia politica ex deſcriptione ciuium ad ipſius vſus comparata?* in cathedra philoſophica ad facultatem res philoſophicas docendi parandam defenſa, ad ſummos iuris vtriusque honores adſpirans, hoc anno lectiones pro licentia ſuper c. 1. X. de officio iudic. ordin. et l. 3. C. de interdict. inſtituit, iisque peractis ad examen, quod rigoroſum vocant, admiſſus eſt. Inde d. XV. April. diſſertationem: *Quanti interſit ICtorum, iurisprudentiam naturalem a norma viuendi vniuerſali diſtingui?* ſine praeſide defendit, habitis etiam lectionibus pro Gradu, ſuper c. 2. X. de clandeſtin. deſponſat. et l. 20. C. de iur. dot. praeſtanda quae ſunt, feliciter praeſtitit.

Nos vero conſultiſſimos hoſce clariſſimosque viros, vnanimi ſuffragio *Noſtris*, vti vocantur, Doctoribus, adſcriptos fuiſſe, vt, cum tempus venerit, atque ſe ita porro, vt ſtatuta collegii exigunt, dignos praeſtiterint, votum et ſeſſionem in collegio habeant, rite creatos fuiſſe ſignificamus, quod ita recte factum eſſe, maioris fidei cauſa, hoc publicum programma, ſigillo collegii firmatum, cauet.

*P. P. Dominica Miſericordias MDCCLXXIX.*



A 7 Nov 1989

Cons. et resp. 361

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/25
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn346503787/26
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft